



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XCVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

C. de iure dot. & has limitationes ponit Bal. ante Alex. in d.l. quod nomine supra.

REGULA XCVI.

1 Mulier præsuntur acquirere ex bonis uiri, per l. quin- tus. ff. de donat. inter uirum & uxo. & l. etiam. C. eo. tit. & ibi Ang. Bal. Alber. & Cast. & Saly. & non de suo. causa cui uoxa suspicionis turpis quæstus. Ita Boer. q. 81. nu. 1. & 2.

1 Fallit 1. quando mulier constare uellet, ante matrimo- nium habuisse pecuniam, & illam marito non consignasse secundum Bal. in l. fin. C. de pignore. n. 3. & l. si uxor uersi. de uo. quæro col. ii. n. 4. C. de condit. insert. & Alex. confi. q. num. 2. uol. 5.

1 Fallit etiam quando constante matrimonio appareret, ex aliquo titulo. Illa bona sibi euenisse ab aliquo attinente. ex qua pecuniam fecit, & illam inuestiuisse in fundo. Bal. in d.l. si uxor. col. 2. uersi. cæterum si uxor doceret. C. de cond. insert.

1 Fallit 3. quando mulier haberet aliquam artem exten- di telam: obstericis, seu chirurgiam, uel si manibus pro- priis faceret aliquod aliud exercitium, cuius causa pecu- niam acquisiisset. ex dictis operibus, quia tunc cessaret omnis mala suspitio, & mulier ad præceptum uiri non te- netur negotiari, neque operari, nisi in obsequialibus, & reuerentialibus. Secundum Bal. in d.l. si uxor & Girar. de Per. Sant. sing. 99. & Imol. in c. 1. de donat. inter uiri, & uxo.

REGULA XCVII.

1 Mulier adultera propter adulterium perdit dotem, do- nationem propter nuptias & bona paraphrenalia. Si ma- ritus illam accusauerit & pro se sententiam obrinuerit. iux. tex. in l. consensu. C. de repudiis. l. Lucius. & l. cum mu- lier. ff. sol. matr. & c. plerunque. & ibi glos de donat. inter uir. & uxoré, & in auct. ut liceat matr. & auie. §. quia uero pharies. & Rom. in sing. 313. & Iaf. in l. fideic. C. de fideicm

H 2 1 Fall



- 1 Fallit 1. quando mulier adulterium commisisset de uoluntate & consensu mariti d.l. cum mulier, & l. quoniam C. de adult. & ibi Saly. & Alex. quoniam uolenti non fit iniuria.
- 2 Fallit etiam quando uir cum alia muliere adulterium commisisset, quoniam mutua delicta paria compensatione tolluntur. ut l. uiro atque uxore. ff. solut. matr. & Bar. Moder. in l. is qui reus. ff. de pub. iudit.
- 3 Fallit quando uir cum ea reconciliauerit & eius mores approbauerit. secundum tex. in d. l. Iulius. ff. sol. matr. & d. c. plerumq; de donat. inter uirum & ux. Rom. consi. 286. Bal. consi. 303. uol. 3. nu. 1. & consi. 310. nu. 5. uol. 1.
- 4 Fallit etiam si filia habet patrem, quia pater non debet perdere dotem propter adulterium filie. secundum Cyn. Bal. Ang. & Saly. in l. si cum dorem. C. de iure doct. & in l. 2 §. si uoluntate. ff. sol. matr. & ibi Ias. Castr. Imol. Alber. Bar. & Alex. Ang. & Io. de Imola in l. si filius. ff. de dama. infect. Boe. in q. 338. nu. 5. & 6.
- 5 Fallit etiam si habet liberos ex primo matrimonio, quia tunc non applicabitur secundo uiro, pro ut dicunt Abb. sic. Anco. de Bur. in c. 1. ut lit. pendent. & Bal. in l. hac et. Etali. col. 2. de secund. nupt. & Franciscus Crem. in sing. 86.
- 6 Fallit etiam quando maritus non facit debitum erga uxorem ab ea requisitum, quia tunc uxor nullo modo punitur per tex. in c. si tu abstines 27. q. 2. Ratio quia qui occasionem damni dat. damnum dedisse uideretur uulg. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. & ibi Flor. Zabba. in clem. in c. cum ex eo. in princ. uers. oppo. post Guiel. de Monte de sent. excommu. & dicit ibi b. Aug. si tu abstines sine uxoris uoluntate tribuis ei fornicandi licentiam & peccatum illius tuæ impurabitur abstinentiæ. sed illa debet omnia mala pati potius quam peccati uitio consentire. & uide Bal. consi. 6. num. 7. uol. 5. Alex. in consi. 157. in fine uol. 5. Fulgo. consi. 136. in causa crimin.

REGULA XCVIII.

- 1 Mulier regulariter non succedit in feudo, nec ex herede